

DECIMÆ QUARTÆ CONTROVERSIÆ GENERALIS

DE

REPARATIONE GRATIÆ

CONTROVERSA SECUNDA PRINCIPALIS

DE JUSTIFICATIONE IMPII

ET BONIS OPERIBUS GENERATIM

QUINQUE LIBRIS EXPLICATA

ORDO DISPUTATIONIS

DECIME QUARTA CONTROVERSIÆ GENERALIS

De Justificatione, quæ est secunda controversia principalis, tria potissimum tractanda sunt. Primo, de dispositione, præcedente justificationem. Secundo, de ipsa justificatione. Tertio, de operibus consequentibus justificationem.

De dispositione præcedente hæc sunt præcipue quæstiones. Prima, Quenam sit fides justificans. Secunda, An fides sola justificet : quibus annexæ erunt aliæ duæ, An fides justificans possit a charitate disjungi, et, An sit alicujus pretii, vel meriti, coram Deo.

De ipsa justificatione multæ sunt quæstiones. Una, An justitia, qua formaliter justificamur, sit inhærens, an imputativa ; altera, An illud « inhærens » sit actus, vel habitus ; tertia, De certitudine gratiæ, et remissionis peccatorum, et perseverantiæ ; quarta, de inæqualitate, et mutabilitate justitiæ.

De operibus consequentibus, sunt item quæstiones multæ. Una, de necessitate operum bonorum. Secunda, de veritate justitiæ, sive de impletione legis. Tertia, de merito. Quarta, de intuitu mercedis. Quinta, de fiducia meritorum. Sexta, quid requiratur ad meritum. Septima, de merito ex condigno. Quas quæstiones omnes quinque sequentibus libris, Deo favente, explicabimus.

ORDO DISPUTATIONIS

De Justificatione, quæ est secunda controversia principalis, tria potissimum tractanda sunt. Primo, de dispositione, præcedente justificationem. Secundo, de ipsa justificatione. Tertio, de operibus consequentibus justificationem.

De dispositione præcedente duæ sunt præcipuæ quæstiones. Prima, Quenam sit fides justificans. Secunda, An fides sola justificet : quibus annexæ erunt aliæ duæ, An fides justificans possit a charitate disjungi, et, An sit alicujus pretii, vel meriti, coram Deo.

De ipsa justificatione multæ sunt quæstiones. Una, An justitia, qua formaliter justificamur, sit inhærens, an imputativa ; altera, An illud « inhærens » sit actus, vel habitus ; tertia, De certitudine gratiæ, et remissionis peccatorum, et perseverantiæ ; quarta, de inæqualitate, et mutabilitate justitiæ.

De operibus consequentibus, sunt item quæstiones multæ. Una, de necessitate operum bonorum. Secunda, de veritate justitiæ, sive de impletione legis. Tertia, de merito. Quarta, de intuitu mercedis. Quinta, de fiducia meritorum. Sexta, quid requiratur ad meritum. Septima, de merito ex condigno. Quas quæstiones omnes quinque sequentibus libris, Deo favente, explicabimus.